8. 7bris: Turcæ adversis minime fracti et XII mil-
295. lib9 à Bassa Damusceno submissis aucti,
bis ruptum à nostris ad Strigonium pontem,
bis refecerunt: Transmissoq; Danubio
magnam annonæ copiam Neuheuselio
intulerunt. Qua diligentiâ et Neuheu-
selij fame subigendi spes et Strigonij obsiden-
di consilium periit: et Montecuculus cum
universo exercitu transire flumen ac
cum Souchio ad nostra defendenda, ar-
cendosq; Moravia et Austria hostes redu-
ctus est. Superioris Hungariæ Proceres,
postquam Cæsar cum illis conventa fir-
mavit, præteriti proterea mensis pro-
speris allecti, validum in communem
hostem exercitum parant.
Helvetij sex naves pyrio pulvere funi-
culis sulphuratis onustas Cæsari Vien-
nam miserunt.
10. 7bris: Nondum adhuc animam exhalavit
Hispaniæ rex et jam tanquam vacanti
hæreditati, plures inhiant. Leopoldus
Imperator desponsa Infantis nomine opti-
mo maximo jure niti videtur. Lusi-
taniæ Rex à patre sanguini regio non ali-
enus, à Matre Medina Sidonia, Hispanus ex-